



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Philippi Labbei Bitvrici Societatis Iesv Presbyteri, Nova  
Bibliotheca Mss. Librorvm, Sive Specimen Antiqvarvm  
Lectiovm Latinarvm Et Græcarvm**

**Labbé, Philippe**

**Parisiis, 1653**

Nonnulla Caspari Hofmanni opera, quæ editioni parata habet V. C. Guido Patinus, Bellouacus, Doctor Medicus Parisiensis, pag. 219. & seq.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13263**

Formate testamenti pagani Romanorum, vbi antiquum Lucii Cuspидii Testamentum continetur.

Briffoti annotationes in librum Galeni de arte parua.

Guillelmi de Guillailla peregrinatio vitæ humana lingua vernacula.

Riccoboni cum Marco Mutio dissensio.

In eadem instructissima Bibliotheca præter enumeratos infiniti sunt aliorum Auctorum Tractatus, tum Medici, tum Philosophici, aut Philologici, sed recentiorum: quales sunt è Parisiensibus Duretus, Petreius, Syluius, Riolanus, Contæus, Martinus, Gourmelenus, Seguyus, Rochonus, Perdulcis, Axaxia, Zolinus, Portus, Lamonius, Marecotius. Ex Monspelliensibus, Valefcus de Tarenta, Saporta, Varandæus, Pradillaus, Gordonius, Canapius. Ex Italis Camotii Pater & Filius, Parisius, Riccius, Curtius, Marsilius Cagnatus, Matthias Puchelius, Deodatus, Cardanus, Bernard. Paternus, Capiuaccius, Marchellus, Bottonus, Santorellus, Latinus. Ex Hispanis Hieronymus Pla, Antonius Honoratus Noguerra, Gorrea, Bartholomæus Nurnesius, Collado, Segurra, &c. quibus meritò annumerabitur ex Germania Casparus Hofmannus ante aliquot annos Altorfij prope Norimbergam demortuus, cuius opera plurima editioni parata possidet V. C. Guido Patinus Bellouacus, Medicus Parisiensis, ac pro tempore Medicæ Facultatis Decanus, atque hæc imprimis:

Caspari Hofmanni Apologia pro Galeno seu *Χριστομαθῶν* libritres. Quorum primus continet τὰ Εἰσαγωγικά. Secundus τὰ Φυσιολογικά. Tertius τὰ Παθολογικά.

Eiusdem V. C. Caspari Hofmanni Praxis medica: hoc est Galeni methodi medendi libri 14. noua versione & commentariolis illustrati à Casparo Hofmanno. Adiecta sunt quatuor Oratiuncula eiusdem Auctoris de dictorio illo, *Medicè viuere esse miserè viuere.*

Vita Medica, hoc est Galeni *ὕγιων*, siue Methodi sanitatis mendæ libri sex, noua versione & commentariolis illustrati à Casparo Hofmanno.

Theophrasti de Historiâ plantarum libri nouem cum fragmento decimi à Gasparo Hofmanno interprete dicati D. Guidoni Patino Bellouaco Doctori Medico Parisiensi, quem amicum suum incomparabilem vocat.

De anima & eius facultatibus, prout Medicus eam considerat, ad virum clarissimum D. Henricum Gras Medicum Lugdunensem.



Tractatus Physiologici tres quorum i. est de Partibus similibus. ii. De Spiritibus & calido innato. iii. De Humoribus. Quorum omnium, aut saltem precipuorum, urgebitur editio, quam primum licuerit per Bellonam, cuius furoribus tota Gallia miserè iam ab aliquot annis exæstuat.

## APPENDIX SUPPLEMENTI V.

*A Clarissimis Viris Renato Morao & Guidone Patino celeberrimis Medicæ Facultatis Parisiensis Doctoribus non patiar seiungi utrique à primis ineuntis adolescentiæ studijs coniunctissimum V. C. Gabrielem Naudæum, Parisiæ, Doctorem Medicum ac Priorem Artigia in Lemouicibus: & quæ in eius celeberrimâ Bibliotheca ( præter inserta iam ante singulis penè paginis nostri Antiquarum Læctionum Latinarum Græcarumque speciminis volumina calamo exarata ) secundis veluti curis & attentiori inspectione deprehendi, ea hîc vix villo servato ordine quasi per saturam adibus confertimque, ut se in manum oculosque coniecerint, collocabo. Tuum erit ex spicilegio, Læctor, quanta sit messis, admeriri, & doctissimi viri propensum in litteratos omnes studium ac benevolentiam, si tuæ res litterariæ id postulant, experiri.*

**I**N Codice Naudæano 2. Extant S. Bonifacii Martyris atque Archiepiscopi Moguntinensis aliorumque ad ipsum Epistolæ non eodem, quo à R. P. Nicolao Serario Soc. nostræ Theologo editæ prorsus ordine, neque iisdem contextæ verbis, aut in omnibus similes. Ibidem quoque continentur Nicolai I. Summi Pontificis Epistolæ, quas operæ prærium fuerit conferre cum iis, quæ Romæ ac deinde Lipsiæ in Germania vulgatæ sunt. Incipit Codex: Imp. Pio Augusto Constantino Imperatore anno xxvi. post consulatum eius anno quinto, mense Octobri, die 25. Indictione 14. Sequitur alia Epistola sine inscriptione, quæ sic exorditur; Perlectis sanctitatis tuæ litteris gauisus sum, &c. agitque de omnibus Ecclesiæ gradibus, &c. videturque mutila.

Codex 7. mss. eiusdem Bibliothecæ in membranis descriptos habet diui Aurelii Augustini libros xxii. de Ciuitate Dei integros